

SBd

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Γ Ε Ν Ε Θ Α Ι Α Κ Ο Ν
 ILLUSTRISSIMO DOMINO,
 DOMINO
IOHANNI HENRICO IV^{to},
 IMPERII ROM. ab HOCHBERG, LIBERO BARONI IN FÜR-
 STENSTEIN, DYNASTE IN TSCHESCHEN, PUSHKAU,
 GOLITZ, KRATZKAU, ALTENBURG &
 KNEIGNIZ &c.

quum
CARISSIMA EJUS CONJUX,
 ILLUSTRISSIMA COMES,
LUDOVICA FRIDERICA,
 COMES ab HOCHBERG, &c. COMES de STOLBERG, KOE-
 NIGSTEIN, ROCHEFORT, WERNIGERODA &
 HOHNSTEIN &c.

FILIUM COMITEM
 felici admodum puerperio
 d. IV. Nov. Cl^o MCC XXIX.
 enixa,

utramque
**ILLUSTRISSIMAM FAMILIAM & STOLBER-
 GENSEM & HOCHBERGENSEM**
 nec non cives singulos magnum in modum
 exhilarasset,

cum sincera humillimi animi devotione ac gratulatione
 offert

SCHOLASTICUM STOLBERGENSE COLLEGIUM
 STOLBERGÆ, Literis Ehrhartinis.

Græd. Rector

AK



Qui Stolbergiaca torus est genialis in arce,
Hunc variis, Charitum turba, polite modis.
Quattuor ornatus fulcris splendet eburnis,
Quæ sunt artificii lævia facta manu.
Concava percelebris laquearia pingat Apelles,
Strataque odorifera sint pavimenta cedro.
Fulgeat intextis adamantibus undique velum,
Turris & aurato fulva sit alta globo.
Mollia bombyces contextant tegmina docti,
Albus olor plumas porrigat ipse suas.
Hoc etenim recubat COMES ILLUSTRISSIMA lecto,
Inque suis ulnis PIGNUS AMORIS habet.
Mittitur æthereis hoc tantum munus ab astris,
Nec sine divino Numine NATUS adest.
Salve, NATE DEA, salve, spes magna PARENTUM;
Omnibus astrifera gratus ab arce venis.

2

Ingredere omnibus nostrum felicibus orbem,
Viveque Nestoreos faustus in orbe dies!
Ecce, tuis blandis nos delectamur ocellis,
Et teneris capimur purpureisque genis.
Figere nos multum roseis juvat oscula labris,
A quibus in terras dulcia mella fluunt.
Quot cupiunt digiti cunas hinc inde movere,
Ut possint vacua membra quiete frui?
Dulcisonis Lucina replet quoque cantibus auram,
Et dormi, dormi, terque quaterque canit.
Dignus es officiis, ILLUSTRIS SANGVINE crete,
Te quibus hoc colimus prosequimurque die.
Nox erat, & dubiam præbebant fidera lucem,
Lunaque per nebulas lumina rara dabat;
Nobis stella tamen tenebris fulgebat obortis,
Cœperat & subito candidus ire dies.
Multi propterea pellunt ex corde dolores,
Magnaque lætitiæ dant monumenta suæ.
Se lætantur AVI primum vidisse NEPOTEM,
AC AVIÆ mentem nil nisi læta tenent.
Jam PATRIS in cunis genuinaque MATRIS imago
Vagitis cur animo non sit uterque bono?
Æthere COGNATI certatim plausibus implent,
Totaque festivis vestibus aula micat.
Civibus enarrant vicinis undique cives,
Quam summus dederit gaudia magna Deus.
Plausibus his addunt nostræ sua juba Musa,
Aura sonu tenuis queis resonante sonat.
Adspice clementi, COMES ILLUSTRISIME ab HOCHBERG,
Lumine, quæ tradunt carmina læta Tibi.

Ipse, sciunt omnes, es Musis magnus amicus,
A teneris Musas semper amare soles;
Hæ tua curvatis genibus jam limina tangunt,
Cunctis propatulas claudere parce fores.
Te Deus incolumem longævus sospitet annos,
Quo Tibi perpetuo tempora mellis cant;
CONJUGE cum cara semper fortuna quiescat,
Fœcundoque ferat balsama grata toro;
Alma Salus vires exhaustis viribus addat,
Ut COMITI COMITES addere salva queat;
FILIUS inprimis vigeat sic, prosper ut infans,
Et puer & juvenis, virque senexque fiet!
Utraque fausta DOMUS sit semper fausta, precamur,
Audiet oratus vota petita Deus.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
coll. nicht vergeben!



Sb.

1077

R.40





Γ ΕΝΕΘΑΙΑΚΟ'Ν
 ILLUSTRISSIMO DOMINO,
 DOMINO
 IOHANNI HENRICO IV^{to},

IMPERII ROM. ab HOCHBERG, LIBERO BARONI IN FÜR-
 E IN TSCHESCHEN, PUSHKAU,
 TZKAU, ALTENBURG &
 IEGNIZ &c.



quum
 EJUS CONJUX,
 ISSIMA COMES,
 FRIDERICA,
 &c. COMES de STOLBERG, KOE-
 EFORT, WERNIGERODA &
 HNSTEIN &c.
 COMITEM
 nodum puerperio
 ov. Clō IōCC XXIX.
 enixa,
 tramque
 FAMILIAM & STOLBER-
 HOCHBERGENSEM
 gulos magnum in modum
 xhilaraffet,
 i animi devotione ac gratulatione
 offert
 OLBERGENSE COLLEGIUM
 GÆ, Literis Ehrhartinis.

sch. Rector

AK

